



36a

E libris
gymnasio Mauritiano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.



FLORES AVTVMNALES

CENTONE

EX

CLAVDIANO COLLECTI,

QVIBVS

THALAMVM AVSPICATISSIMVM
VIRI

PRAENOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE
IVRE-CONSULTISSIMI
DOMINI

**JOH. GODOFREDI
RIEMANNI,**

ICTI CELEBERRIMI, CONSVLIS GRAVISSIMI NORDHVS,
IMPER. ANTISTITIS PRIMARI AD D. NICOLAI

SPONSI

ET

PRAENOBILISSIMAE OMNIQVE VIRTVTVM VIRGINA-
LIVM ET MORVM ELEGANTIORVM SPLENDORE
EXCELLENTISSIMAE VIRGINIS

SOPHIÆ ROSINÆ,

SPONSÆ,

VIRI

PRAENOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE
DOCTISSIMI DOMINI

CHRISTIANI VLRICI

HÜPEDENS,

CELSISSIMO COMITI STOLBERG. A CONSILII PRAEFECTVRAE
ROTTLEBERODAN. GRAVISSIMI

FILIAE VNICAE ET DILECTISSIMAE

D. XIV. NOVEMBR. CIO IS CC. XXXI.

GRATVLANTI ANIMO SVMMAQVE OBSERVANTIA

SPARGIT

HONORATISSIMI DOMINI SPONSI

QVONDAM PRÆCEPTOR

IOH. CHRISTIAN. WEBER, R.

NORDHVSÆ, LITTERIS COELERIANIS.

127

AK



S PARGE diem, solare jubar, conjunge quadrigas,
Blandius elato surgant temone jugales
Efflantes roscum frenis spumantibus ignem,
Clara repercussis ut reddant lumina terris
Atque dies hilaris felici fidere currat
Sitque sub autumnum formosior annus adultum
Quam geniale novis cum ver primordia rebus
Adfert et rident jucundis floribus horti,
Tempus in imbriferum quamvis inclinet et umbras
Magnas inducat plenus jam nubibus aër,
Omnia quo vigeant et sit nova temporis aetas,
Alma patens tellus flores et lilia fundat,
Dulces ambrosiæ succos stactæque liquores
Sudet ager, Syrium passim nascatur amomum,
Depluat in terram nectar, sint aurea tempe:
Namque dies solennis adest, quem luce serena
Splendor honoratum reddat celebretque coruscus,
Cui quoque præsentis veris nascentis honores,
Purpureos quoniam conquirit Gratia flores
Et geminas nectat Concordia fida coronas,

Queis exornetur thalamus, qui floribus halet,
Ut sincerus amor cunctas concreseat in horas
Et dextra jungant felicia foedera mentis:
Consul enim SOCIAM vitæ sibi jungit amoenam.
Hem quisnam poterit laudes huic dicere dignas!
Casta domus, sincera fides, industria solers
Maternosque bibit mores exemplaue magna,
Ut, quicquid gratæ pulchrum virtutis amore,
Hac ea non ulli maiorum laude secunda
Splendeat et qualem præclarus postulet ortus.
Quis non miratur formam lumenque iuventæ
Pulchrum et quos lactos oculis afflavit honores.
Amplius et non labra rosæ, non colla pruina
Non crines æquant violæ, non lumina flammæ,
Pulchra verecundo suffundens ora rubore
Pæstanasque rosas magno certamine vincens,
Auroræ superat digitos humerosque Dianæ;
Hinc non sufficiunt flores levitate caduci,
Frigore quos Boreas et Silius æstibus urit;
Sed blandi rubeant aeterno veris honore,
Digna cui texat stellantia ferta Bootes,
Ut digno nectenda viro summiq; per urbem
Consors splendoris, quo fulget rite Maritus.
Quis pluviam hic ritu flores dispergere cesset
Felicemque torum multis ornare coronis
Purpureoque parem cumulo perfundere SPONSVM
Dignum, cui rerum commendabantur habentæ
Et quoque quem penes est communis cura salutis,
Quem penes est prudens iuris legumque potestas,
Contingunt gravitasque senis viresque iuventæ.
Fronte quis æquali? Quæ tantis pectora curis
Sufficerent melius? Quem sic hæc summa decerent
Culmina Nordhusæ, patriæ dominetur ut urbi?

Hinc dignum gaudet thalami quoque foedus, inisse
Prospera cui vultu ridet fortuna sereno.
Quapropter lati manibus date lilia plenis
Spargere purpureos thalamo iam CONSVLIS almo
Flores, qui fausti spirent pia munera voti:
RIEMANNO nitidi incipiant procedere soles,
Ut, quoties aurora suos revocaverit ortus,
Purior his tectis aër sudusque sereno
Lumine purpureum referet sol semper olympum.
Vive virescendo PAR Nuptum nobile, vive!
Tempora coniugium felix comitentur amœna,
Perpetui pateat quibus indulgentia veris,
Ut triste excludat senium longæva iuventas,
Et firmæ solidaque suo stent robore vires.
Perpetuum TIBI per totum ver floreat annum
Nec subito saliant fortunæ in vela procellæ,
Omne ut optato succrescat læta propago
Connubiiq; hortus foecundis floribus hælet!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
koll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40





FLORES AVTVMNALES

127

CENTONE

EX


CLAVDIANO COLLECTI,

QVIBVS

THALAMVM AVSPICATISSIMVM
VIRI

PRAENOBILISSIMI, EXCELLENTISSIMI ATQVE
IVRE - CONSVLTISSIMI
DOMINI

JOH. GODOFREDI
RIEMANNI,



CONSVLIS GRAVISSIMI NORDHVS,
SIS PRIMARIJ AD D. NICOLAI
SPONSI

ET
OMNIQVE VIRTVTVM VIRGINA-
ELEGANTIORVM SPLENDORE
VITTISSIMAE VIRGINIS

E ROSINÆ,

PONSÆ,
VIRI
, EXCELLENTISSIMI ATQVE
ISSIMI DOMINI

IANI VLRICI
PEDENS,

BERG. A CONSVLIS PRAEFECTVRAE
ERODAN. GRAVISSIMI
AE ET DILECTISSIMAE

NOVEMBR. CIO IO CC. XXXI.
IMO SVMMAQVE OBSERVANTIA

SPARGIT
SIMI DOMINI SPONSI
DAM PRÆCEPTOR
RISTIAN. WEBER, R.

E, LITTERIS COELERIANIS.

AK